quantus generaliter universis nullis exceptis obtinebit et possidebit illisque ut fruatur ad extrema vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Generosae Helizabethae Chotkowska Consortis suae Bona generaliter omnia supra scripta morte praefati Mariti sui derelicta ad Successores eiusdem Mariti sui sine quovis impedimento et contradictione praedictae Consortis suae subsequentium totaliter et plenarie devolvuntur. Hac sua praesenti personali Agnitione ad praesentiam mediante.

Bolestraszicka et Stano certam Roborant Intercisam:

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Sophia de Marmurowice primarum olim Generosi Lucae Chotkowski ad praesens vero Generosi Stephani Swiatopełk de Bzenderie Bolestraszycki Consortis legitima unacum eiusdem Mariti sui vel Tutoris coniugalis personali assistentia et Monitore ad infrascripta recognoscenda consensu ab una. Et Samuel Stano de Szczotaniec ab altera partibus sanis mentibus et Corporibus consistentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitanealis Praemisliensis quo ad Adunationem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognoscunt et quilibet illorum sectione suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis Salitis et Sabendis sibi mutuo et invicem una Pars alteri ac Partis utriusque Partis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Agnitionis ratione certarum rerum et Ordinum in eadem Intercisa contentarum de Actu et Data eiusdem in Mihlisz die vigesima Secunda mensis Julii Anno millesimo sexcentesimo Trigesimo quinto proxime transacto confectam manibus Recognoscentium proprijs et praedicti Generosi Stephani Swiatopełk de Bzenderie Bolestraszycki Mariti subscriptam et sigillis Morum vitatis obsignatam vadioque Decem millium Florenorum polonicalium formatam in omnibus et singulis Intercisae praefatae conditionibus punctis clausulis Articulis vadio ligamentis ac nominibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac invio labiliter observare eidemque Intercisae et omnibus illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Intercisam praedictam ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad praefatam Intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio superius recensito Decem millium Florenorum pecuniae polonicalis per Partem Partium Successoribus utriusque Partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac re aliqua ex contentis Intercisae praefatae non completa complendis quae praemissis citata extra pars una praemissa non tenens sive eius Successores ad Instantiam Partis alterius praemissa tenentis aut eius Dominorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex tunc recessu supra scripto quoad respondendum sp[illegible]

mediante

mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadium praetactum lucere Inscriptioni Iuri satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eius dem Cautae Termines semper peremptorios vera Infirmitate pro Maiori Minori committat Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Ministrum vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vero ultra proximos Terminos officij praefati Castrensis Praemisliensis Dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes ac casum prosequendo faciendo ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel triplicatis Citationibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello conventionibus et aliis omnibus Iuris remediis et defensis non evadendo nec quovis modo subterfugiendo. Hac sua praesenti Inscriptione ad praesentiam mediante.

Stano Czarnołuskiei Bona sua Obligat:

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Samuel Stano de Szczotaniec sanus mente et Corpore extra a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitanealis Praemisliensis quo ad Adunationem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosae Barbarae de Sielicz Cuyce primarum olim Generosi Szczolai Borkowski ad praesens vero Generosi Gabrielis Czarnołuski Consorti legitimae et ipsius Successoribus Summam Duorum millium et Quingentorum Florenorum pecuniae polonicalis numerae et numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando et numerando certi veri iusti et liquidi Debiti mutuatisque per se Agnitionem apud ipsam pecuniae tenetur atque Debet. In qua quidem Summa superius specificata Duorum millium et Quingentorum Florenorum pecuniae polonicalis totali integra ac indivisa idem Agnitionis Generosus Samuel de Szczotaniec Stano Bona sua propria inferius specificata Iuribus suis quovis modo subiecta videlicet totas et integras villas Porudno et Pomdenica in Terra et Districtu praesenti Praemisliensi consistentia sibi vero Recognoscenti vigore Iuris acquisiti a Generosa Helizabethae Chotkowska olim Generosi Lucae Chotkowski Filia Consorte vero sui Recognoscentis Cum servientibus Cum omni praemissorum Iure Dominio et proprietate cum omnibus et singulis Bonorum eiusdem utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus Agris pratis Campis pascuis silvis remotis Indaginibus Rubetis fluviis Fluminibus Rivis Rivulis Torrentibus Aquis earumque decursibus stagnis Piscinis magnis et parvis Molendinis Tabernis Subtilitatibus Cmetoribus Herculanis Tugulinis earumque Laboribus Cantibus Dationibus vecinis muniis officijs obsequiisque omnibus ab eidem Subtilitatibus quovis modo provenientibus attinentibus et pertinentibus generaliter universis antiquitus ad eadem Bona pertinentibus. Scilicet ex praemissis Iuris Dominij proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae prose suisque Successoribus